Quelle: https://manuscripta.at/?ID=383
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

fraudaui. quadruplum reddo. Non erat iste in ua
nitate somniantium. sed in fide uigilantium. Ideo
dns quia medicus intrauerat ad egrotum. primum a
uit ipi salutem et ait hodie salus huic domui fa
cta e. qm et hic filius e abrahe. ut noueritis qa nos
imitando fidem filii abrahe sumus. iudei aut qui de
carne superbiunt a fide degenerauerunt. Ergo dormie
runt somnum suum uiri diuitiarum. et nichil inuenerunt ui
ri diuitiarum in manibus suis. Dormierunt in cupiditatibus suis. de
lectati illis. Transiit somnus iste. transiit uita ista. et ni
chil inuenerunt in manibus suis. qa nichil posuerunt
in manu xpi. Vis aliqd inuenire in manibus tuis
postea. Noli contempnere modo manum pauperis. Et respi
ce manus inanes. si uis habere manus plenas. Dixit enim
dns. Esuriui. et dedistis michi manducare. Sitiui. et
dedistis michi potum. Hospes fui. et adduxistis me. et
cetera. Et illi. Qn te uidimus esurientem sitientem aut
hospitem. Et ille dicet illis. Qn uni ex minimis me
is fecistis. michi fecistis. Esurire in pauperibus uoluit qui
diues in celo e. et tu dubitas homo dare homini. cum scias
te xpo dare qd das. a quo accepisti quicquid das. Sed il
li qui dormierunt somnum suum. et nichil inuenerunt omnes
uiri diuitiarum in manibus suis. Ab increpatione tua
ds iacob. dormitauerunt omnes qui escenderunt equos. Qui
sunt qui ascenderunt. Qui humiles esse noluerunt. Non me
quis sedere pecorum e. sed ceruicem potestatis contra dm
erigere et putare se in aliquo honore esse. Quia diues
es ascendisti. increpat ds et dormis. Magna ira
increpantis. magna ira. attendat caritas uestra re
rum tremendam. Increpatio strepitum habet. strepitus ex
pergisci facere solet homines. Tantum pondus e increpationis
dei. ut dicet ab increpatione tua ds iacob. – dor
mitauerunt qui ascenderunt equos. Ecce quo somno dormita
uit ille pharao. qui ascendebat equos. Non enim uigi
lauit in corde qa de increpatione durum cor habe
bat. Duricia enim cordis. obdormitio e. Rogo uos
fratres mei. uidete quomodo dormiunt qui sonant euglo et
amen et alleluia per totum orbem terrarum. adhuc uitam ueterem
noluit dampnare et innouam euigilare. Erat scriptu
ra dei in iudea. modo per totum orbem cantatur. In illa una

gente dicebatur ds unus qui fecit omnia esse adorandus
et colendus. modo ibi tacetur xpc. Resurrectio nostra e in
cruce. ipsam crucem suam. in qua irrisus e iam fixit in
frontibus regum. et adhuc dormiunt. Magna ira dei
fratres. Modo nos audiuimus eum qui dicit surge qui dormis
et exurge a mortuis. et illuminabit te xpc. Sed qui
illum audiunt. Qui non ascendunt equos. Qui sunt qui non
ascendunt equos. Qui se non iactant et extollunt quasi in
honoribus et potestatibus suis. Ab increpatione tua
ds iacob. dormitauerunt qui ascenderunt equos. Tu terribi
lis es. et quis resistet tibi. te ab ira tua. Modo dormi
unt et irati non sentiunt. Sed ut dormiret iratus e.
Modo qd dormientes non sentiunt in fine sentient.
Apparebit enim iudex uiuorum et mortuorum. Et quis re
sistet tibi. te ab ira tua. Modo enim locuntur qd uolunt
et disputant contra dm et dicunt. Qui sunt xpiani. aut
quis e xpc. Aut quales inepti qui credunt qd non ui
dent. et amittunt delicias quas uident. et secuntur
fidem rerum que oculis ipsorum non exhibentur. Dormitus
et balatus. loquimini aduersus dm quantum potestis. Vs
que quo dne peccatores. usque quo peccatores gloriabuntur.
Respondent et locuntur iniquitatem. Qn autem ne
mo respondet et nemo loquitur. nisi qn in se conuer
tatur. Qn in se conuertent dentes quibus modo nos rodunt.
quibus nos discerpunt irridendo xpianos. et re
prehendendo uitam sanctorum. Tunc in se conuertent. cum il
lis eueniet qd dicitur in libro sapientie. Dicent inter se pe
nitentiam agentes. et pre angustia spiritus gementes. Qui ui
derunt gloriam sanctorum. et dicent. Hi sunt quos aliquando habuimus
in risum. O qui multum dormistis. certe iam uigilatis.
et in uestris manibus nichil inuenitis. Videtis quomodo ple
nas habeat manus gloria dei. quos tamquam pauperes irri
sistis. Dicet ergo tunc uobis qn non resistitis ire dei. non
manu nec lingua. nec uerbo. nec cogitatione. Ap
parebit enim uobis manifestus. quem irridendum puta
stis. cum uobis uenturus nuntiaretur. Et quid dicetis. Ergo
errauimus a uia ueritatis et iustitie lumen non luxit nobis.
et sol non e ortus nobis. Quoniam iustitie sol oritur
dormientibus. Sed ab ira et increpatione eius dor
miunt. Hoc forte dicturus es. et non ascendes e-